

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Programma Qvo Decanus Joh. Nicol. Qvistorpius, ... Ad Disputationem  
inauguralem ... Dn. M. Herman. Christophori Engelcken ... Ad Diem IIX. Aprilis  
Publice Et Solemniter ... invitat : [P. P. Sub Sigillo Facultatis Theologicæ  
Dominica Lætare s. d. 30. Martii Anno CI ICCX.]**

Rostock: Wepplingius, [1710]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749393181>

Druck    Freier  Zugang



PROGRAMMA  
 DECANUS <sup>QVO</sup>  
**JOH. NICOL.  
 QVISTORPIUS,**

SS. THEOL. D. PROF. PASTOR ET SUPERINTEND.  
 AC HODIE ACADEMIÆ RECTOR.

SUO ET FACULTAT. THEOL. NOMINE

**AD DISPUTATIONEM  
 INAUGURALEM**


*VIRI PER QVAM REVERENDI ET PRÆCELLENTISSIMI*

**DN. M. HERMAN. CHRI-  
 STOPHORI Engelsken/**

AD DIV. JOHANNIS PASTORIS VIGILANTISSIMI, COLLEGÆ  
 IN OFFICIO ECCLESIASTICO ÆSTUMATISSIMI,

*AD DIEM IX. APRILIS PUBLICE ET SOLEMNITER  
 DEO DIRIGENTE HABENDAM*

**TRIPPLICIS REIPUBLICÆ DOMINOS**  
 PRÆSULES ET PROCERES EXCELLENTISSIMOS,  
 ATQVE LONGE CLARISSIMOS, NEC NON O.O.O. CUM AGA-  
 DEMICOS, TUM CIVILES LITERATOS, AC LITERATORUM  
 FAUTORES, SUIS QVOq; HONORIBUS, VIRTUTIBUS, AC  
 TITULIS REFULGENTES, EA, QVA PAR EST DILI-  
 GENTIA, AC HUMANITATE INVITAT.



*Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, SER. PR. & ACAD. Typogr.*

40

# CUM JESU OMNIA !



Vemadmodum consensus Scriptorum Ethnorum pro veritate communi plane rejiciendus non est, eò qvod priscæ Ecclesiæ Doctores aduersus Gentiles propriis pro re Christiana feliciter pugnasse apprehendantur armis, ceu Scripta Origenis, Eusebii, Clementis Alexandrini, Justini Martyris, & quieos cum applaudsu hactenus imitati sunt, Mornai,

Grotii, Huetii, aliorumque abunde comprobant; adeoque & hic magno cum fructu spolia Ægypti in Cœaan suum transferant Christiani, ac Goliathum erepto jugulent gladio : Cavedum tamen summo studio est, ne quamlibet veritatem, quam stabilire volumus, vilibus atque futilibus utentes argumentis prodamus magis, quam juvemus; tum verò opera navanda est sedulò, ne divina illa veritas, quæ, rationi humanae prorsus incognita, mysteriorum nomine venit, accersitâ pro ea ex putidis cœcorum Gentilium lacunis confirmatione, detrimenti aliquid patiatur. Qvia enim Gentiles, monente Apostolo Rom. I. 18, sunt ἡνὶς ἀληθεαὶ εἰς αδίκια κατέχοντες, hinc plerumque evenire solet, ut calculus illorum propter fculneas & stramineas, quibus utitur, rationes, veritati divinæ plus tenebrarum quam lucis affundat. Cum primis illi idem agere videntur, qvod Pumiliones calceos suos pedibus gigantis adaptantes, qui in Exegeſi Scripturæ S. amplissimam ejus copiam ex angusta curtaque Ethnorum Scriptorum suppellectile aestimare ac illustrare audent. Quæ intempestiva profanorum Auctorum collatio, vanissimaque ingenii ac eruditionis secularis ostentatio eo absurdior est, quo magis unicuique perspicuum esse poterat, neminem temere divinæ mentis interpretationem constitui debere, quam ipsum Spiritum S. cuius eloquia sunt ἰδίας ἐπιλύσεως 2. Petr. I. 20. nec nisi cum insigni metabasis est, alio yero aliunde demonstrari possunt.

Equiv-

Eqvidem negari prorsus neqvit, nonnullis Scripturæ s. locis,  
iis præterim, qvæ ad historiam pertinent & antiquitatem, in-  
terpretandis, profanos Scriptores non parum intervire; neqve  
enim Exegetis divinarum literarum historiae externæ, etiam si  
ipsorum Gentilium sit, dummodo veros verae historiae habeat  
characteres, contrariari debet, nisi veritatem veritati contradic-  
cere posse dixeris. Quo pacto calculus Gentilium omnino  
ipsam Exegetis sacram nonnunquam facilitare poterit, uti in-  
ductione ostendit D. Augustinus de doctr. Christian. Libr. II. cap.  
28. & hoc nomine Grotii, Pricat, Heinsii, Doughtaji, Bocharti,  
Hammondi, Sculteti, Almelovenii aliorumque labores sua laude  
non sunt defraudandi. Interim tamen consensus hicce non  
usqve adeo est extendendus, ut sacræ locutiones, stylusqve  
Scripturæ singularissimus ad Gentiles Scriptores eorumqve  
dicendi rationem examinentur atqve veluti ad normam exi-  
gantur. Ut enim illi nec lingvæ indolem norunt, nec Scripto-  
rum divinorum genium atqve hypotheses perspectas habent;  
sic imperiti prorsus sacrarum literarum sunt interpretes, ut po-  
tius nimia illorum collatio pro *Ψευδερμίας* fonte, plurimis  
nostra ætate familiari, habeatur. Atqve hoc immaturum li-  
teras sacras profanis miscendi studium castigandum optimo  
qvidem consilio censuit JOH. CLERICUS in arte Critica Tom.  
I. Part. II. p. 420. sqq. at, qvod dolendum ipsem fuisse hujus  
vitii turpiter reum reddidit; Siqvidem jam Anno 1686. cum  
*אֱלֹהִים* Judicium suum de Richardi Simonii Historia Critica  
Vet. Test. Amstelodami ederet, publice detinet; multas in Scri-  
ptura inventri phrases, qvæ Ethnicisum redoleant: Qvò in primis  
nomen *אֱלֹהִים* refert, qvod putat ex profana Cananæorum  
errore originem duxisse, qvi cum plures sibi finxerint Deos,  
consuetudini illi Dei nomen in plurali numero enuntiandi  
ansam subministrarint. Eandem hypothesis Autor in Com-  
mentariis suis hactenus editis, in primis vero in dissertatione  
prima, *Pentateucho* præmista, prolixius deduxit, eousque proce-  
dens, ut ad Ethnicismos, seu phrases loquendi à Gentilibus  
mutuatas, ipsas *אֱלֹהִים*, in Scriptura obvias, referat

X 2

Qvam.

Qvam Viri alijs doctissimi sententiam , tanquam materiam  
egregiam pariter ac curiosam & Philologo dignam cum publici  
Speciminiis loco examinandam sibi sumserit Vir Ferqvam Reve-  
rendus, Præcellens atqve Doctissimus, Dominus M. HERMAN-  
NUS CHRISTOPHORUS ENGELCKEN , S.S. Theol. Candidus  
datus dignissimus , & ad Templum D. Johannis , Pastor  
vigilantissimus , Collega in officio Ecclesiastico singulariter  
dilectus, eandem circa non pluribus occupabimur, sed ad illa  
properamus , qvæ more Academiis consueto , de Candidati  
nostris vitâ & studiis publica hac charta enarrari debent.

Scilicet locus natalis EideM contigit Jennevitzium , præ-  
dium in districtu Dobberanensi Ducatus Mecklenburgici situm,  
ubi Anno Christiano cī 1579 die 9. Junii honestis  
atqve virtute & genere conspicuis natus est Parentibus. Patrem  
exoculatus est CHRISTIANUM PETRUM ENGELCKEN ,  
Prædii Jennevitzensis Pensionarium Ducalem ; Matrem vero  
ELISABETHAM von der Hardt/qvos optimos Parentes hacte-  
nus sospites ac incolumes, in gaudium ac solatium splendidæ  
Familiae haud vulgare divina servavit clementia. Avum  
agnoscit Paternum B. HENRICUM ENGELCKEN , Prædii  
Jennevitzensis Possessorem; Aviam Paternam ELISABETHAM  
Reppenhagen/ Filiam Joachimi Reppenhagen / Senatoris urbis  
Wismarie fulgidissimi, Avum lineæ Maternæ numeratæ  
Generosum DN. ASCANIUM von der Hardt/ Hæreditarium  
in Deters- & Hanshagen. Aviam Maternam Sophiam de  
Hahn, Filiam Generosi DN. Joachimi de Hahn , Hæreditarii  
in Feudo Ingemanæ Desterhoff/ qvam suscepit ex Elisabetha,  
HENRICI CAMERARI, J.Ci & Antecessoris in hac Academia  
olim celeberrimi, Serenissimorum item Ducum Luneburgen-  
sium itemqve Pomeraniæ Consiliarii dexterimi, Filia. Ulte-  
riorem Majorum Candidati nostri telam pertexere nec charta  
nec scopus patitur. Unicus adhuc , ob præstatum Reipubl.  
literariae commodum & Ecclesiæ pariter Christi emolumentum,  
laudandus venit B. CHRISTIANUS ENGELCKEN , Phil. M.  
Prepositus Dobberanensis , & Serenissimi Duci Mecklenburgici  
ADOLPHI FRIDERICI p. m. Confessionarius, de quo tanquam  
Proavo paterno sibi gratulatur. Expositus olim : Meditatio-  
nem

nem Eucharisticam: Utrum fides Christiani, corpus & sanguinem Christi  
in coena verè presentia credentis, tuior; num verò quæ cœlos trans-  
volare, Christique corpus comprehendere conatur, si firmior; Qvam,  
cum Frater Candidati DN. HENR. ASCAN. INGELCKEN, S.S.  
Theol. D. ejusdemque hic Prof. Publ. Extraord. Collega noster  
et stumatissimus, nuper recudi; & calci Collegii Anti- Calviniani  
B. Schomeri subjungi curaret, seqventi Venerabilis noster Se-  
nior, DN. D. FECHTUS, mactavit encomio: stilo longè elegantissimo,  
& eruditione solida materiam istam e modo, qui temporibus istis fa-  
miliaris fuerat, pertractat. Tantorum Majorum vestigiis lauda-  
biliter instans Candidatus noster, simulac qvalemcunqve fandi  
potentiam naclus fuerat, Fratribus duobus natu majoribus so-  
cietatem præstare, ac una cum illis privatas Præceptorum Do-  
mesticorum Scholas visitare voluit. Ita enim optimis visum  
fuit Parentibus, ut domesticorum filios Informatorum curæ  
committerent potius, qvam publicæ Scholæ eos traderent expo-  
liendos. Usus ergo est non sine uberrimo fructu manudu-  
ctione HENRICI WILHELMI ENGELBRECHTI, Curoni, NI-  
COL. LINDENBERGLI, Rostoch. JOH. SCHUBRINGLI, Pomerani  
JOH. GERCKENLI, Rostoch. JOH. LAUBMEIERI, Pomerani, de-  
niqve JOH. JOACH. WEIDNERI, jam S. S. Theol. D. atqve ad  
ædem Maria Ecclesiastis vigilatissimi, Collegæ & N. Conjunc-  
tiuum, qui ducta in connubium Candidati Sorore, Adfinis ei-  
dem factus est conjunctissimus. Sub hujus in primis ductu &  
Philosophiæ & Theologiæ fundamenta posuit, ita ut int' hiloso-  
phicis inservirent, acutissimi Philosophi Stargardiensis B. Nic. Bened.  
Pascha Logica & Ontologia, Iteri Ethica, Pratorii Philosophia  
Moralis & Politica, nec non Sperlingii Physica & Weisu scripta  
Oratoria. In Theologicis domi jam evolvit B. Dietrici Cate-  
chesin, Dn. D. FECHTUS Collegium Thetico-Anritheticum &  
B. Schomeri Collegium Recent. Controv. t. t. adhuc in MSCto  
latens. Haulto ita studiorum prægustu, & ad Academicam vitam  
maturus factus, Almam nostram Rostochiem, una cum fratre  
Christiano Joachimo, jam inter cœlites triumphante, Anno  
cic 15. xcvi. salutavit, albo Studiosorum insertus à DN. D.  
CHRIST. HELNR. TIELCKE NLO, Oratore nostro facundissimo,  
Collega in Academia N. et stumatissimo, cum nondum decimum

septi-

(3)

septimum etatis annum exegisset. Vix huc advenerat, cum  
dirigente ita Fratre natu maximo Collegio Disputatorio à B.  
D.HABICHLORSTIO aperto in Augustanam Confessionem, ad-  
scriberetur, sicque publice inter sacrarum literarum cultores  
nomen suum profiteri occiperet. Scholas porrò visitare in  
deliciis habuit, in Theologicis quidem tum prælaudati B. HA-  
BICHLORSTII DN D. FECHTII, tum meas, & B.D. STARCKII;  
Philosophicas verò DN. D. TIELCKENII atque Fratris sui,  
HEINRICI ASCANII, qui tum Magisterii laurea coronatus pri-  
mitias studiorum usibus studiosæ juventutis consecrare omnem  
movebat lapidem. Ne autem publicum primorum profectuum  
desideraretur testimonium, hinc sub præsidio prælaudati Fratris  
Respondentis partem sustinere nullus dubitavit, publicè dis-  
quisitioni exponendo: *Dissertationem Anti-Gassendianam*, cui actui  
rariissimo exemplo tres implicati fuere fratres, Præses unus, alter  
Respondens, tertius natu medius: *Christianus Joachimus*  
Opponens, iuris tunc temporis studiosus, postmodum castra  
sectatus, & in expeditione contra Gallos instituta ut locum te-  
nens fatis concedens, Philosophicum Specimen postmodum  
insecuta est Exercitatio Theologica proprio conscripta marte, &  
sub Præsidio Tit. DN. D. FECHTII ventilata de *Præ-adamitismo* re-  
cens *incrustato*, cuius secundam editionem ante biennium  
insigni ornata supplemento, flagitante ita variorum deside-  
rio, Candidatus noster procuravit. Finita disputatione, le-  
quenti statim die Musis nostris valedixit, atque *Lipsiensem Aca-*  
*demiam* adiit, ubi se multum ex lectionibus celeberrimi DN.  
D. ITTIGII atque B. DN. D. SELIGMANNI profecisse non  
absque jucunditate & gratitudine recordatur. Constituerat hic  
diutius subsistere, sed levitas fratris aliquoties memorati,  
*fene tum Musis litantis*, illuc eum trahebat, ut ibidem ejus con-  
sortio ulterius perfrueretur. Hic ei sedere contigit ad pedes  
Virorum, laude longe superiorum. In Philosophicis auscultau-  
vit *Hebenstreitium*, *Treunerum*, *Hambergerum*, in Theologicis,  
*Philologum* sine pari *Danzium*, in *Theologicis Bechmannum*  
& *Veltheium* iuv èr ισyiois. Excurrere quoque licuit ad Acad-  
emiam Halensem, ibique sermones miscere cum Doctoribus  
Universitatis illius famigeratissimis *Breithauptio*, *Antonio*,  
*Fran-*

Franckio, Thomasio, Ludovico ac aliis. Pariter Academiam Ju-  
liam salutavit, ibique convenit DN. D. JO. ANDR. SCHMI-  
DIUM, DN. HERM. von der Hardt, & reliquos humanitate  
& eruditione excellentes. Licet autem in Alma Salana  
nescio quo amore studii Juridici flagraret, Theologiae vale-  
dicer intendens. Venerandorum tamen Parentum voluntas,  
atque variorum Fautorum, in primis Venerab. nostri Senioris  
disfusio tantum apud animum ejus habuit ponderis, ut studium,  
cui iemel remanserat, non abjiceret, imo potius ius tuu  
Parentum Magisterii Gradum, ab amplissima FCTate Philosophica  
ultra oblatum, post exaniata varia examina, reciperet. Ab  
hoc itaque tempore etiam Jenæ privatas quasdam aperuit  
Scholas, discendo docere efflagitans. Redux postea factus  
Rostochium, legendi ac publicè præsidendi licentiam decenter  
ab Amplissima Facultate Philosophica petiit & impetravit. Hinc  
varia cum adplauu College studiosæ juventuti in Philosophi-  
cis, Philologicis & Criticis habuit, & ut commodum ejus pro-  
moveret omnes intendit nervos, nec votis eventus detuit  
aut hodie adhuc deest. Disputationes, quæ è superiori Ca-  
thedra defendit varii & egregii sunt argumenti. Prima & al-  
tera gerunt titulum: *Scrutinii Philologici*, nullum Pleonasmum  
in Scriptura dari. Mox duabus iterum vicibus disquisitioni  
eruditorum exposuit γηγημα: *An Pythagoras Proselytus factus &*  
*consequenter salvatus sit.* Successit Diatriba: *de sexu sequiori*  
*eruditio[n]is fama Coruscō.* Disertatio contra Observatorem  
Haleensem: *de Miraculo dilacerati à Simione inermi Leonis.*  
Sicut etiam haud pridem exegetica opera excusit dictum.  
*Hos. XIII. 9. sub tit. Lux in tenebris, per expositionem obscuri*  
*oraculi Hoseani de Deo Israelis perditore.* Hæc tam variae eru-  
ditionis, quibus morum accedebat & vita integritas, docu-  
menta non poterant nisi felici coronari exitu. Qvare eidem  
nuper Prænobilitissimus Amplissimusq; hujus urbis Senatus præ-  
via ordinaria electione Pastoratum ad ædem, quæ vocatur  
S. Johannis consulit, in quo officio ut multum quoudicæ ædificet,  
est quod omnes optamus & speramus. Ut verò majus ei in stu-  
dio calcar adderetur, hinc jam ante biennium nomen suum

Fæ

(O)


Facultati nostræ professus est ; atque haud pridem ad Examina & pro Baccalaureatu & pro summo gradu fuit admisus, in quibus per integrum diem , se talem præstítit , qvalem unquam desiderare potest Facultas Theologica Candidatum, ut nulla dubitet , qvin porro divina clementia , sit ejus optima studia in Ecclesiæ & Academiæ insigne emolumen- tum ac ornamentum proiectura. Superet publicum Examen , seu Disputatio Inauguralis die VIII. instantis mensis Aprilis in Auditorio Majori , horis ante- & pomeridianis D. V. habenda,cui , ut honorificam accommodent præsentiam omnium Consiliorum, Munerum & Dignitatum Il- lustres , summe Reverendi, Prae-Nobilissimi, Con- sultissimi, Experientissimi, Excellentissimi, Clarissimi Proceres, Professores, Doctores, Licentiati , Reve- rendi Verbi divini Ministri , Artium Liberalium Magistri fulgidissimi , Generosi & præstantissimi Domini Studiosi , ceterique Literati , & Lites ratorum Fautores , ut partim opponendo , atque in proiectus egregios Praecellentissimi Dn. Candidati inquirendo, partim auscultando , suam benevolentiam contel tentur, Reverendi Ordinis Mei & Domini Candidati nomine summopere contendeo. Erit id Facultati Theologice & Admodum Reverendo Dn. Candidato honoriticum, nos vi- cissim officiis nostris hanc nobis gratificandi promptitudi- nem remuneraturi , Deo dante omnem da- bimus' operam.

P. P. Sub Sigillo Facultatis Theo- logicæ Domínica Lætare s. d. 30. Martii  
Anno CIC 1550,

• (O) •



Franckio, Thomasio, Ludovico ac aliis,  
 liam salutavit, ibique convenit DN. I.  
 DIUM, DN. HERM. von der Hardt/  
 & eruditione excellentes. Licet a  
 nescio quo amore studii Juridici flagi-  
 dicere intendens. Venerandorum tam  
 atque variorum Fautorum, in primis  
 dissensio tantum apud animum ejus habi-  
 cui temel se emanciparat, non abjicere  
 rentum Magisterii Gradum, ab amplissim  
 ultro oblatum, post exantata varia ei  
 hoc itaque tempore etiam Jenæ pri-  
 Scholas, discendo docere efflagitans.  
*Rostochium*, legendi ac publicè præside  
 ab Amplissima Facultate Philosophica p  
 varia cum adplaustrum Collegia studiosæ  
 cæ, Philologicis & Criticis habuit, & ut  
 moveret omnes intendit nervos, ne  
 aut hodie adhuc deest. Disputationes  
 thedra defendit varii & egregii sunt a  
 tera gerunt titulum: *Scrutinii Philolog*  
 in *Scriptura dari*. Mox duabus iteru  
 eruditorum exposuit *γρηγορια*: *An Pytha*  
 consequenter salvatus sit. Succeslit Dia  
 eruditio[n]is fama *Cornuco*. Disseratio[n]  
 Haleensem: *de Miraculo dilacerati* a  
 Sicut etiam haud pridem exegetica  
*Hos.* XII. 9. sub tit. *Lux in tenebris*  
*oraculi Hoseani de Deo Israelis perditore*.  
 ditionis, quibus morum accedebat &  
 menta non poterant nisi felici coronari  
 nuper Prænobilissimus Amplissimusq;  
 via ordinaria electione Pastoratum ad  
 S. Johannis consulit, in quo officio ut mu-  
 est quod omnes optamus & speramus. C  
 dio calcar adderetur, hinc jam ante b



the scale towards document

miam Ju-  
 SCHMI.  
 humanitate  
 na Salana  
 giae vale-  
 voluntas,  
 ri Senioris  
 studium,  
 juslū Pa-  
 ilosophica  
 eret. Ab  
 n aperuit  
 tea factus  
 decenter  
 avit. Hinc  
 hilosophi-  
 ejus pro-  
 tus detin-  
 riori Ca-  
 imia & al-  
 leonasmum  
 qvisitioni  
 s factus &  
 u sequiori  
 vatorem  
 ni Leonis  
 t dictum.  
 m obscur  
 ariæ eru-  
 tas, docu-  
 re eidem  
 latus præ-  
 vocatur  
 ædificet,  
 ei in stu-  
 den tuum  
 Fa